

De celo et elementis

tur. Sic etiam ecclesie sue sanctorum eius pars est a nobis visibilis: scilicet hi qui sunt in terra: et pars a nobis invisibilis: scilicet illi qui sunt in gloria. Quarto quod firmamentum inter duos polos rotatur: quorum scilicet septentrionalium nobis occidit: qui dicitur polus arcticus. Alter scilicet australis qui antarticus dicitur nunquam a nobis videtur. Sunt autem hi duo poli inter quos firmamentum vertitur: quorum unus visibilis est et alter invisibilis: duo testamenta quibus ecclesia in sua fide innititur: quorum unus scilicet testamentum vetus bona visibilia et presentia permittit: aliud vero scilicet novum futura et invisibilia predicat. Vel hi poli sunt due nature in christo scilicet divina et humana circa quas est tota fides ecclesie. Et una est visibilis scilicet humana: et altera invisibilis scilicet divina. Vel duo poli immobiles quibus celum in suo motu innititur sunt duo charitatum precepta quibus immobiliter inniti debet vita fidelium ecclesie: quorum unum est de dilectione dei qui non videtur: alterum de dilectione proximi: qui videtur. s. Job. iiiij. Qui non diligit proximum suum quem videt: deum quem non videt quomodo poterit diligere? Quinto quod firmamentum in xij. signa distinguitur. scilicet firmamentum circuli in xij. partes distinguitur equales: que sunt xij. signa que scilicet nobis significant in qua parte celi et sol et planete immoventur. Et sunt ista xij. signa. xij. spacia equaliter distincta stellis notabilibus ab astrologis denotata. Et unum quod dicitur signum per xxx. dividitur gradus: et gradus per lx. minuta. Et minutum per lx. secunda. ita quod lx. secunda minutum unum. lx. minuta gradum unum. xxx. gradus signum unum faciunt. Sunt etiam signa hec aialium specialium nominibus numeris cupata: quod primum vocatur Aries. secundum Taurus. tertium Gemini. quartum Cancer. quintum Leo. sextum Virgo. septimum Libra. octavum Scorpio. nonum Sagittarius. decimum Capricornus. undecimum Aquarius. duodecimum Pisces. Sicut ergo circulus zodiaci sine firmamenti distinguitur xij. signis. Ita fides ecclesie distinguitur xij. articulis: quorum sex pertinent ad divinitatem et sex ad humanitatem. Nam primum articulus est ut credamus divine essentie unitatem: id est quod deus unus est. Secundus est ut credamus in una essentia esse personarum trinitatem. scilicet patris et filii et spiritus sancti. Tertius ut credamus rerum creationem. scilicet omnia tam visibilia quam invisibi-

lia esse a deo creata. Quartum pertinet ad effectus gratie per quam vivificamur a deo. scilicet credere in unam sanctam ecclesiam catholicam et omnia ecclesie sacramenta et remissionem peccatorum fieri per ea. Quintum est credere corporum resurrectionem. scilicet quod omnes homines resurgent cum corporibus suis. Sextum est credere resurrectionem bonorum in vitam eternam et punitionem malorum. scilicet in inferno. Septimum est credere christi conceptionem. scilicet quod christus conceptus est de sancto spiritu: et eius natiuitatem ex maria virgine. Octavum est credere eius passionem et mortem. scilicet quod crucifixus est sub pilato: et quod vere fuit mortuus et sepultus. Nonum est credere eius resurrectionem. scilicet quod tertia die resurrexit a mortuis. Decimum est credere quod descendit ad inferos. Undecimus est quod ascendit ad celos et quod sedet ad dexteram patris. Duodecimus est de adventu ad iudicium die novissima. Et sicut omnia xij. signa continentur in zodiaco: qui dicitur circulus signorum. Ita omnes isti articuli continentur in symbolo qui dicitur Apostolorum. scilicet Credo in deum etc. Qui dicitur in ecclesia secreta ex eo quod fuit editus fide christi nominis appellata. Et dicitur omni die in prima et completorio. scilicet in principio diei et in principio noctis: ad ostendendum quod a fide debent omnia opera nostra incipere: et quod ipsa fide munimur in prosperis et adversis.

Duodecim zodiaci vero animalia a quibus signa denominantur: representant duodecim apostolos qui symbolum ediderunt. Nam in arte quod est nomen primi signi representat beatus Petrus qui fuit dux apostolorum. Aries enim convenit esse dux gregum. unde beatus Petrus symbolum incepit dicere: Credo in deum patrem omnipotentem: creatorem celi et terre. Johannes autem fuit quosdam subiectus: Et in iesum christum filium eius unicum dominum nostrum. Jacobus autem ceteri addidit. Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine. Andreas autem apposuit. Passus sub pontio pilato: crucifixus mortuus et sepultus. Philippus autem adiunxit: Descendit ad inferos. Thomas autem dixit: Tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomeus vero protulit: Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Mattheus quoque intulit: Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Jacobus autem alpheus confessus est dicere: Credo in spiritum sanctum. Simon autem adiungens ait: Sanctam ecclesiam catho-